
171

E

2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 2



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 2



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 2



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 2



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 2

171 E 2
GW 2178
CA 160

Decaſio conſiliaris ſuper dubio prodiſcto de indulgētijs edita per
reuerendū in xpō patrem et dn̄m. fratrez Antoninū de ordine pre
dicatoꝝ Archiepm Florētinū doctorē clariſſimum.

De indulgentijs nil expreſſe habemus ex ſacra ſcriptu
ra q̄uis ad hoc inducatur illud apoſtoli. Si quid dona
ui vobis propter vos in perſona criſti. Nec etiam ex
dictis antiquorū doctorū. ſ modernorū. Dicitur tamen
Gregoriū poſuiſſe indulgentias ſeptēnes in ſtacōib9 rome. et quia
ecc̄a hoc facit et ſeruat nō eſt credendū ꝙ errat. Sciēdū āt ꝙ non
valent ad remedium culpe quā ſolus deus remittit auctoritatiue
de cōſe. di. iiij. Nemo. ſ valēt ad remediū pene debite ꝑ pcc̄as ſeu
ſolutōe que fit de thezauro eccleſie. Et dicitur indulgentia plena
ſm pe. de palu. in. iiij. di. xx. quo ad remiſſionem pene mortaliū
plenior reſpectu penē iniuncte mortalium et venialiū. pleniſſima
reſpectu penitētiarū nō ſolū iniunctarū ſ etiā iniungēdaꝝ. Vl' ſic
plena reſpectu mortaliū. plenior reſpectu pene mortaliū et venia
liū. p'e iſſima reſpectu nō ſolū pene ſ etiā culpe venialiū. Poteſt
eñi vt videtur ꝑ indulgentiā inq̄tū habet ratōem cuiuſdā abſolu
tionis remitti culpa venialis. ſicut et ꝑ ɔfeſſionē generalē non ſac̄
mētalē. Sed ad hoc requirit̄ nō pfecta cōtritio ſ aliqua contritio
ſemiplena adiuncta papali abſolutione que per ſe non ē ſufficiens
ſicut in adiuncta epiſcopali benedictione que per ſe non ſufficit.
hec pe. de palu. Claues autem iſtius thezauri ad ipſum erogādum
plenarie habet papa. cui dictum eſt in petro. Tibi dabo claues
regni celorum. ⁊c̄ cetera. Particulariter autem et ſecundum quā
dam determinationem eis cōceſſam habent epi et eorū ſuperiores
poteſtatē hanc ad dādū indulgēcias et preciſe ſubditis ſuis et non
alijs ſecundum hoſti. extra de pe. ꝙ autem inferiores epi dare nō
poſſunt indulgencias ſed bene poſſunt concedere participationē bo
norum que fient per ſubditos ſuos quibuſcunqꝫ. dummodo ratio
nabiliter fiant et in gratia conſtitutis alias nō eſſent capāces. Poſ
ſunt autem valere indulgentie ſecūdum. Tho. et Ric. in. iiij. Nō
ſolum viuis ſ etiam exiſtentibus in purgatorio qn̄ ſcz in forma in
dulgentie continetur. ꝙ qui facit hoc vel illud ipſe faciens vel ali9
pro quo facit conſequatur tantum indulgentie. Sed ſi in forma i
dulgencie hoc non dicitur. ſed ſimpliciter qui facit hoc vel illud
hēt tantum indulgētie tūc non p̄t extendi ad defunctos. q̄ñtūcūqꝫ
iſte qui facit illud pro quo datur indulgentia intentionem ſuam
dirigeret ad defunctos. Dare ergo indulgentias eſt accipere de
illo thezauro eccleſie dicto. et ſoluere pro debitis penarum recipi
entibus indulgentias. Nec eſt neceſſarium ꝙ ſit quis ſacerdos ad
dandum indulgentiam quia pertinent ad iuriſdictionem. Et cum



KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK 'S GRAVENHAGE

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 2

papa ponit generalē indulgentiā ad aliquam eccleſiam vel dat fa
cientibus certum quid · que indulgentia cōſueuit appellari · licet
corrupte · de culpa et pena · ſi diſcrete et rationaliter datur et fiet
debito pro quo datur · dicat hoſti · ꝙ ille ſtatim euolat ſi in tali ſta
tu decedat · In valore indulgentiarum eſt triplex cā · Vna ē ex ꝑ
te criſti et hoc eſt meritū et ſatiſfactio xpi · cuius vna gutta ſan
guinis ſuffeciſſet. Vnde iſte thezaurus quo ditauit ſponſam ſuam
eccleſiam · reſtat ad mutuandum peccatoribus gratis vn̄ ſatiſfaci
ant · Secunda cā eſt merita ſanctorum pene et penalitates q̈ mul
ta ſupererogauerunt q̄ non meruerunt peccata eorum · Tercia ex
pte eccleſie ſcʒ aliquod opus pium ſpūale l' tpale · Et licet n̄ ſit iu
ſta cā tante indulgentie peccet concedens q̄ſi dilapidator tanti the
zauri · videt̄ tn̄ valere qui conditionem impleret · n̄ et illam ipē im
petraret · quia tunc et ipſe peccaret ſine cauſa ſufficienti īpetrans
Si ergo papa proprio motu morientem abſolueret ab omni pena
per modum indulgentie · et ille pie crederet · ille euolaret ac ſi
nullam haberet culpam etiam ſi papa iuſtam cauſam non haberet
Sed alij dicunt ꝙ non valet indulgentia collata ſine iuſtā cauſa et
rationabili a quocunqꝫ detur · quia eſt contra voluntatem dei ·

Et nota ꝙ opus penale ſanctorum poteſt dupliciter cōſidera
ri · Vno modo inquantum meritorium · et ſic non tranſgreditur
perſonam merentis · niſi ſolum meritum criſti qui ſibi et alijs me
ruit · cetera ſibi ſolum · Et ſic nullus plus meruit q̄ꝫ acceperit vel
accepturus ſit in ſeipſo · Alio modo inquantum eſt ſatiſfactori
um · et ſic multi ſancti plus ſatiſfecerunt q̄ꝫ debuerunt · Quia
igitur ſancti plus ſuſtinuerunt q̄ꝫ meruerunt · non ſolum animo
merenti ſed etiam ſatiſfacienti · etiam pro ſe quidem primo · dein
de pro pro omnibus indigentibus ſecundum intentionem eccle
ſie · ideo illis primo cedit in ſatiſfactionem ſm ꝙ indigēt reſiduuꝫ
reſeruat̄ ꝑ indigentibus diſpenſandum per prelatos eccleſie · Sic
igitur tota ſatiſfactio criſti ceſſit in thezaurum pro ceteris · et
nihil pro ſe · quia nullius pene dibitor · Et de virgine maria · quia
nulli pene pro actuali erat debitrix · omnes eius penalitates ce
dunt nobis in ſatiſfactionem · Pena autem originalis que eſt
mors nature ſatiſfecit pro ſe quia illi erat debitrix · De alijs ſanc
tis quod ſupererogauit eis · ſoluto debito ſuorū peccatorum · hoc re
manet in thezauro eccleſie · hec omnia pe · de palu · Et nota ꝙ
ad conſequendum aliquā indulgētiam · q̄tuor ſunt neceſſaria ſm
pe · in · iiij · duo ex pte dātis eā · et duo ex pte accipientis eā · Ex ꝑ
te dantis eam · Primum eſt auctoritas quā papa habet plena
riam vt dictum eſt erga omēs. Legati aūt non niſi in t̄mino ſue
legationis · Archiepi vero etiā in epatib9 ſuorū ſuffraganeorum ex
tra de pe · et re · Nrō · Epi autem electi et ſi nondum ꝯſecrati dare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 2

pn̄t tm̄ i ſuo epiſcopatu· Et i dedicatōe eccleſie ſue ſiuē ab vno ſiue
a pluribus conſecretur· dare non pn̄t niſi vnum annum· in anni
uerſario dedicatōis tm̄· xl· dies· extra de pe· et· re· Exeo idem ec
cleſia· ꝙ autem prelati ſint boni vel mali nil habet facere ad va
lorem indulgentie Tho· Secundum ē cauſa rationalis· puta ad
opus pium· ad honorem dei· et vtilitatem ꝓximorum ordinatum
vt viſitatio eccleſiarum· edificatio hoſpitalium· redemptio capti
uorum et huiuſmodi· Verum quia indulgentie ſunt bona ſpiritu
alia· et ſpiritualia pro temporalibus nō ſunt danda· ideo ſm̄ tho·
et pe· indulgencie non ſunt dande principaliter pro temporalibꝰ
ſed pro ſpiritualibus· vt ſcilicet per eas homines exercitentur ad
bona opera· Ex hoc patet ꝙ non p̄t papa omnes animas extrahe
re a purgatorio dando eis indulgencias quia hoc eſſet indiſcretū
et irrationabile· Alia duo requiruntur ex parte recipientis· Et
primum eſt ꝙ ſit in ſtatu merendi i(d) eſt ꝙ habeat gratiam· Vn
de ſecundum pe· non valent indulgentie exiſtentibus in mortali
peccato· quia remanente offenſa· reatus pene tolli non poteſt·
Dicit pe· de palu· ꝙ cum dicitur in indulgencijs vere penitentibꝰ
et confeſſis· intelligit ipſe confeſſis in propoſito quia non oportet
de facto· Contra q(uo)d tn̄ eſt ꝙ in quibuſdam exp̄mitur vl' qui infra
menſem fuerint confeſſi· vn̄ videtur ex mente et pactōe concedentis
ꝙ qui qn̄ non implet conditionem non eſt in ſtatu merendi poſtea
recedente fictione recipiat effectum· ſecundum eſt ꝙ faciat illud
pro quo datur indulgentia vnde quantōcunqꝫ aliquis haberet vo
luntatem faciendi i(d) pro quo datur idulgentia· puta eundi ad ec
cleſiam l' dādi elemoſinā et nō faceret· q(uia) non poſſet· non obtinet
idulgentiam ſm̄ Tho· et Alber· Religioſi autem poſſunt habere ſi
cut et layci ſi faciūt illud quod cōtinet indulgencia· Et quanuis ex
ſe nil dare poſſint cum nil habeant proprium· xij· q· i· Non dicatis·
poſſunt tamē ex licencia prelati dare· Tho· Prelati autem etiam
dantēs indulgentiam poſſunt ea vti et clerici etiam ipſius eccleſie
vbi eſt indulgencia conſequi poſſunt· Vnus autem pro altero in
dulgencias capere non poteſt· niſi hoc contineat forma idulgencie
Valent autem indulgencie ſecundum Tho· Pe· et Alber quantū
ſonant videlicet· xl· dies idulgencie valent tantum quantum xl
dies penitentie ſecundum taxatōem factā a ſacerdote ſiue a iure ſi
ue a iuſticia diuina· Dies enim iſti ſiue anni non ſunt anni celi·
nec purgatorij· ſed mundi· Et ſicut in mundo· xl· dies penitentie
plus valent vni perficienti cum maiori deuotione q̄ꝫ valeant alte
ri· ita· xl· dies indulgēcie plus valent illi qui cum maiori carita
te ſeu rei date quantitate accedit· Rich· autem dicit in· iiij·
ꝙ quantum ad remiſſionem pene pares ſunt iſte qui plus dat et
qui minus· ſi hoc continetur in forma indulgencie· ſed quantum

ad remiſſioēm intentionis pene et q̄tū ad ſui diſpoſitionē· et re
cipiendum augmentū gratie plus recipit qui plus dat· niſi i ca
ſum quo minus carum ↄtingeret maius eē p cōpationem ad dan
tē· Qñ autem indulgencia poſita eccleſie eſt determinata ad tēpus
puta qui vadit ad talem eccleſiam vſqꝫ ad tale tempus· habeat
tantum de indulgentia· intelligitur ſemel tm̄ haberi ſm Tho· Vn
de ſi quis multis vicibus iret ad vnam eccleſiam in die in qua ē
indulgencia· et ſemp de nouo offerret nō haberet ꝓpterea indul
gentiam n̄ ſemel· Sꝫ in ecc̄ia ſancti petri de Roma eſt perpetua i
dulgentia· xl· dierum et quociēs ingreditur tociens obtinet Tho
Nota ꝙ indulgentie ſm pe· de palu· in quo tantum valēt quantū
ſonāt et in foro dei et hic et in purgatorio ſic intelligi debet · ꝙ
qui lucratur indulgencias viginti annorum tantum ſibi valent
ad remiſſionem pene pro peccatis ſuis quantum illi valuiſſent vi
ginti anni peni tentie iniuncti· ſi illis· xx· annis penituiſſet· aliē
eccleſia reciperet. Sed ſicut penitentia quanto ſit in maiori carita
te tanto eſt magis ſatiſſactoria· ſic iſti viginti anni lucrati tanto
ſunt plus vel minus ſatiſfactorij iſti q̄ͣ illi· quanto penitentia iſti
us fuiſſet magis ſatiſſactoria q̄ͣ illius· Et propter hoc indulgen
tie ſunt maxime vtiles peccatoribus et ſecure qui ſepe recidiuant
et non facile abſtinent per totum annum a mortali ſicut abſti
nent vno die quo datur indulgencia · Quibuſdam probabiliter
videtur ꝙ intelligatur de penitentijs iniungendis· quaſi diceret·
quo die de tali penitentia qualis niſi claue non errante non debe
ret iniungi· Alij dicunt ꝙ tantum valeant quantum ſonant et
plus ſi plus intendit ille qui dat· dum tamen poſſit· concurrenti
bus debitis circumſtantijs· Sed ſi non intendit dare niſi inquan
tum ſonant· tunc non relaxantur n̄ penitentie iniuncte in foro pe
nitētiali· Vn̄ ſi nihil eſt iiunctum nihil remittitur Sed cum datur
indulgētia plenaria plenior vel pleniſſima· tunc omnis penitētia
iniuncta et iniungenda remittitur hic et in futuro· Alij dicunt ꝙ
videtur iſte eſſe ſenſus verborum· Remitto tibi vnū annū de peni
tentia iniuncta tanto minus punieris in purgatorio quāto ſi vno
anno continue egiſſes penitentiam in hac vita· Nec credunt ꝙ
propter has indulgentias generales minus teneantur agere pe
nitentiam in hac vita· Et horum dictum ſatis videtur concordare
equitati vt notat· Inno· Item nota ꝙ cum eſt determinata q̄ͣn
titas indulgentie· et taxata quantitas elemoſine· Qui dat tantū
habet· q̄ non dat tantum non habet cum ſit pauper· Si ſimplici
ter datur ſic· qui ſubuenit tali loco habeat tantum de indulgentia
intelligit̄ ſecundum ſuam cōditionē· Itē nota ꝙ indulgēcia da
ta vel p papam vl̄ epiſcopos ſimpliciť ſemp durat· dū durat loc9

nec expirat per mortem cõcedentis. Sed ſi eccleſia deſtruatur vt o
porteat eam iterum dedicari. tūc indulgencie deſtruunť date ad tē
pus vt p quīquēniū vſqȝ ad illud tēpus durant. Hec oīa pe. de pa
lu. Item nota q̄ pāſi non poſſunt dare indulgentiam qꝛ non
extendunť niſi ad ſubditos. quos pāſi nō habent. Itē nota q̄ ñ
pñt dare ñ ſubdito. ñ de licencia ꝓprij epi ľ ꝓprij iudicis et ñ ſufficit
licēcia curati. pe. de palu. Et nota ſm pe. de palu. q̄ xp̄s non ſo
lū oībus meruit ſed et ꝓ oībus ſatiſfecit. qꝛ ſuppoſituȝ agebat et
paciebať vnde nō ſolū actio merens ſ etiam paſſio ſatiſfaciēs fuit.
Non eſt ergo ex inſufficiencia q̄ paſſio xp̄i in ſacmentis nō ſoluit.
ſed ex dei ordinatione qui gratis remittit. Dicere enī q̄ in ſacra
mentis deus nil remittit. niſi quātū ſibi ſoluiť aut de thezauro cō
muni eccleſie aut de tezauro cordis vel corporis vľ oris. eſt dicere
deū minus liberalē. Et licet in hoc eſſet liberalitas hoīs xp̄i nob cō
municandis diuicias ſue penalitatis. In hoc tñ in nullo eſt liberali
tas dei qui nobis nihil de ſuo donat. ꝓpter qđ melius dicitur q̄ in
ſacramentis eſt liberatio vel a tota pena vľ ā parcali. ſ non ex ſolu
tōe ſicut ex indulgencijs ſed ex liberali dei remiſſione. ex merito
quidē xp̄i. i. amore xp̄i ſed non ex ſolutōe xp̄i. qui et ſi pro pecca
to nature ſoluit et ſatiſfecit, non ſic pro peccato perſone. Et ſi
dicať q̄ vltra infinitum nil ſit. et vnum infinitum conſumat aliđ
ergo ſatiſfactio criſti et ſi fuit infinita videtur exhauſta pena infi
nita ſcilicet originalis culpe in baptizatis. Nil ergo remanet ad
ſoluendum in indulgencijs vel pro actualibus peccatis. Reſpon
detur q̄ hoc eſt verum in infinitis eiuſdem rationis. ſed infinitas
v̄tutis dei eſt alterius rationis alijs infinitatibus. Omnes enim
excedit et omnia alia ad ipſam comparata ſunt finita et quaſi ni
hil. Paſſio igiť criſti et inq̄ntū meritoria et inq̄ntum ſatiſfactoria ē
infinita ratione ſuppoſiti. quia omnes infinitates entis et poſſibi
les excedit quia omnem penam dampni et ſenſus infinitam nullā
facere poteſt. Alioquin ſimiliter argui poſſet q̄ paſſio xp̄i ꝓ vno
ſolo ſatiſfacere poſſet cuius pena eſt infinita et non pro duobus
ſicut prius arguebatur q̄ pro originali et non pro actuali. et ce
tera.

DEmum videndum eſt de indulgēcia plenaria q̄ datur ſolū
a ſummis pontificibus quod fit diuerſimode. Aliquando
enim datur vniuerſaliter omnibꝰ certū locum viſitantibꝰ
ſimpliciter. i. ꝑ omni tēpore ſicut communiter dr̄ de viſitātibꝰ ſanc
tū ſepulchrū dnī. Verū eſt tñ q̄ ſine licentia pape non poteſt illuc
accedi. quod videť inſtitutū. ne ob ſuaſionem ſarracenoꝝ ibi ha
bitantiū fideles fidem veram abnegarent ľ timore deuicti penarū

infere ndarũ ab eis· Aliqñ datur indulgentia plenaria oĩbus viſi
tantibus certũ locum certa die infra annũ vt cõceſſũ ẽ ecc̃e ſãcte
marie de ãgelis ordinis p̃dicatoꝝ ferrarie p Eugeniũ papã q̃rtũ et
in puincia puincie in eccĩa ſãcte marie magdalene in Balma p
eũdẽ· et hoc in ppetuũ pmanꝫ ń p papã reuocet̃ ſicut reuocate ſũt
oẽs tales indulgẽcie date ad inſtar indulgẽtiaꝝ aliarũ ecciarum
in Concilio conſtancieñ· Oportet tamẽ viſitãtes talia loca iplere
ea que in forma ipſa continent̃ ad cõſequendũ talem indugẽtiaꝫ
nec ad alios viuos vel defunctos poſſunt duplicari· qꝛ communit̃
ibi dĩ de ipſis accedentibus· Tercio mõ dat̃ idulgẽcia plenaria
oĩbus faciẽtibus certũ opus puta aſſumentibꝰ cruc̃e ad bellãdum
ↄtra infideles vl' eũtibꝰ l' mittentibꝰ bellatores cõtra illos· vl' dãti
bus certã quãtitatẽ pecunie elemoſinaliter ꝓ tali opere vl' ꝓ alio
negocio· Quarto datur certis et determinatis ſiue noĩatis pſonis
facientibus infra annũ vel aliud tempus ĩ bulla taxatũ certas e
lemoſinas et ie iunia l' alia pia opera orationũ et huiuſmodi ꝙ ta
lis habeant facultatem eligendi ydoneum cõfeſſorem in articulo
mortis qui vigore talis indulti valeat eum abſoluere ab omnibꝰ
peccatis de quibus eſt corde contritus et ore confeſſus exceptis il
lis que perpetraſſet ſub fiducia talis gratie Quinto datur ple
naria indulgentia viſitantibus certas eccleſias vrbis certis diebꝫ
vt dicetur infra et hoc de quinquagenario in quinquagenarium
et dicitur indulgentia iubilei· Circa materiam iſtaꝫ primo ſci
endum eſt ꝙ quamuis tales plenarie indulgentie vulgariter nũ
cupantur de pena et culpa· locutio tamen talis proprie non eſt
vera· qꝛ culpe ſolus remiſſor ẽ deꝰ auctoritatiue· iuxta illud qđ do
minus ait per yſayam· Ego ſolus deleo iniquitates tuas ꝓpter me
metipſum· et de penit· di· iiij· Nemo. Poteſt tñ ſic ſaluari dicta
locucio vt remiſſio culpe referatur ad contritionem et confeſſionẽ
que preexigitur ad conſequendã indulgentiam vt patet ex for
ma et remiſſione pene ad effectum idulgentie· Ad hoc enim ordĩa
tur omnis indulgentia ſiue pticularis ſiue vniuerſalis· ad remiſſi
onem pene temperalis debite ꝓ peccatis cõmiſſis pcialẽ vl' totalẽ·
pro qua ſi q̃s non ſatiſfacit in p̃ſenti p opa bona in ſtatu gratie fa
cta· l' p pn̄ias iniunctas in ↄfeſſione· l' p ſacramentoꝝ piã ſuſcep
tionem· l' indulgenciarum ſuffragatõeꝫ· i purgatorio poſtmodũ
eas luet· ſi tñ in ſtatu grẽ diſcedat· alias ad inferna deſcẽdit nũq̃
eas ſoluturus ſm doctores in· iiij· Et qꝛ indulgẽtie tm̃ valẽt quã
tũ ſonant· ideo diligenter attendendus eſt tenor earum et obſer
uandus· Non enim huiuſmodi votum ꝓ opere reputat̃· vt ait Ca
ſſiodorus de pe· di. i. ſed oportet opere impleri quod ibi mandat̃·
Nec ſufficit partem implere vt partem habeat indulgencie ſ aut

totũm aut michil · vt vbi gratia · teneatur ex forma indulgẽtie cer
ta ieiunia facere ĩfra annum ꝑximũ · et ex incuria nõ faciat õnia
nõ ꝯſequet̃ · Si quis debeat viſitare q̃tuor ecc̃as ꝑ q̃ndenã · et tm̃
tres ex eis viſitat vl̃ ſolũ ꝑ q̃terdenã · nõ ꝯſequetur eã · Et qꝛ ĩdul
gentie ĩ articulo mortis ꝙ plurimis date ſũt ab Eugenio q̈rto que
nulli dubium ꝑmanent in ſui valore poſt mortem eius · ꝑ regulã
Decet bñficiũ principis eẽ manſurum · li · vi · Plura dubia ĩſurrex
erunt circa huiuſmodi · Primũ eſt q̃s dicat̃ in hac materia articu
lus mortis · in quo habens huiuſmodi ĩdulgẽtiã abſoluit̃ · Vtrũ
verus · cũ ſcʒ qs tũc morit̃ · l' ꝑ̄ſũp tus · cũ quis extimat̃ ſm ꝯmune
iudiciũ moritur⁹ ꝙuis poſtea euadat qð pluries accidit · Ad qð rñ
detur ꝙ ſi nõ plus habeat̃ ex forma indulti · nec ꝯcedẽs alit̃ ĩtẽtio
nem ſuam exprimat · intelligẽdum videtur de articulo ꝑ̄ſumpto ñ
vero · ſicut etiam extrema vnctio datur q̃ eſt ſacramentũ exeũciũ
qꝛ debet dari hys q̃ ſm cõmunẽ extimatõem reputantur morituri ·
et tñ ſi euadãt iterum poſtea reunguntur · et nihilominus extre
ma dicitur qꝛ ſic exiſtimabat̃ ꝙ foret extrema · Tunc ergo cũ ta
li articulo preſumpto mortis abſoluitur ꝯſequi videtur effectum ĩ
dulgencie vſqꝫ ad illud tempus · ꝙuis poſtea euadat et g ratia illa
expirat in poſterum · Ita conſuluit . d · Jo · dominica · Secus autẽ
eſſet ſi in forma diceretur ꝙ conſequatur effectum indulgencie in
caſu ꝙ moriatur · tũc alius ſibi reſeruetur Tũc enim nõ ꝯſequitur
effectum indulgentie ĩ caſu ꝙ moriatur ſi nõ moritur · verbigratia
expirat per illam abſolutionem ordinis que nil expectat in futurũ
ſʒ ſubito cõſequitur effectum ſuum · nec ſit ſubditione abſolutõ ſa
cramentalis · Idem ſi non habeatur hoc in forma · et tñ concedens
declarat ſe intendere ſcʒ de articulo vero non ꝑ̄ſumpto · vt dicitur
Eugeniũ declaraſſe Scðo queritur vtrũ quis teneatur generalit̃
ꝯfiteri de peccatis que alias rite ꝯfeſſus eſt vt ꝯſequatur effectum
indulgentie plenarie · Et aliquibus viſum eſt ꝙ ſic · qꝛ dicitur ĩ for
ma indulti ꝙ ꝯfeſſor quem elegerit in articulo mortis abſoluat eũ
et det ſibi auctoritate apoſtolica plenariã remiſſionẽ oim̃ peccato
rum q̃ eſt ore ꝯfeſſus et ꝯtritus · Si ergo nõ ꝯfiteat̃ tũc ad illa que
alias ꝯfeſſus eſt · non videtur extendi remiſſio · niſi ad ſibi tunc cõ
feſſa · et non ad alia · Sed in oppoſitum eſt rei veritas · Pro cuius
declaratione eſt ſciendum · ꝙ clauis iuriſdictionis circa hominem
in mortis articulo ꝯſtitutum · dupliciter ĩ ſacerdote dilatatur · ſcʒ
de iure ꝯmuni et de indulto ꝑticulari huius · Et q̃tum ad primum
modũ ꝑt q̃libʒ ſacerdos q̃lib ʒ ĩ articulo mortis ꝯſtitutũ ſibi ꝯfitẽ
tem abſoluere ab oĩbus peccatis et ſententiys excoĩcatõis indiffe
renter ſacramẽtalit̃ et in foro pñie · hec aũt ptãs ꝑ huiuſmodi in
dultũ nõ ꝯm trãt̃ · qꝛ q̃libet ſacerdos nõ ꝑ̄ſſus habet hanc de iure



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 2

cōmuni i eo caſu· Preterea talis abſolutio ſacᷓmētalis extēdit eti
am ad pccā q̄ ꝑtextu talis vniūſalis auctoritatis ꝯmiſſa eſſent·
Nullū eni̅ excipit̄ dūmō ꝯterit⁹ ꝯfiteat̄ Sꝫ ptās ꝯceſſa ſacerdoti grā
hui⁹ īdulti· n̄ extendit̄ ad peccata q̄ cōmiſiſſet ꝑtextu talis īdulgē
cie· vt patet ex forma īdulti· Sed nihilomin⁹ quo ad ipſa cōmiſſa
ꝑtextu indulti valet abſolutio ſacramentalis q̄ fit de iure ꝯmuni
ī hoc articulo· ſi ꝯterat̄ et ꝯfiteat̄ ſi memorie occurrāt· quo ad cul
pam· et quo ad penam tpalē poteſtate communi clauiū pl⁹ et mi
nus ſꝫm diſpoſitionem eius. Secundo mō dilatatur clauis iuriſdi
ctōis in ſacerdote in hoc articulo ꝓpter indultū ſpeciale talis indul
gentie quo ad remiſſionem penaꝝ tpaliū quas q̄s ſolutur⁹ ē hic
vel in purgatorio· q̄s de iure ꝯmuni ſacerdos remittere non pote
rat· ſed ꝑt vigore indulti hui⁹· Vbi etiā ē notādum ꝙ huiuſmodi
remiſſio que ī hac grā īdulgentie ꝯmittit̄ nō ē ſacramentalis· ideo
nō req̄rit de neceſſitate noticiā peccatoꝝ nec formā abſolutionis
ſacᷓmētalis· ſꝫ preſupponit ꝙ ſit tūc vel antea corde contritus et o
re confeſſus· cui⁹ ratio eſſe ꝑt· Quia cū ſint tres ꝑtes ītegrales pe
nitentie· huiuſmodi gratioſa īdulgentia nō ꝑt ſupplere niſi ipſas
tres ſcꝫ ſatiſfactionem ꝯtritionē et confeſſionem. Non enim ꝑt q̄s
ꝑ aliquo confiteri vel ꝯteri ſacramentalit̄ n̄ ꝑ interꝑtem cum neſ
ciat loqui· ſꝫ bene poteſt vnus pro alio ſatiſfacere viuo vel defūcto
et ideo pontifex romanus qui eſt principalis diſpenſator thezauri
eccleſie intendit per huiuſmodi indulgentias· ꝙ de ipſo thezauro
ſcilicet penarum criſti et ſanctorum adiuuentur fideles ad ſatiſfa
ciendū ſeu ſoluendū debita huiuſmodi penarum· Non ergo oportꝫ
vt confiteat̄ generaliter ſeu alias confeſſata· nec hoc exprimit for
ma indulti ſꝫ ꝙ dat ſibi plenariam remiſſionē pctōꝝ q̄ eſt ore con
feſſus et contritus Non dicit ſibi· ſꝫ ſimpliciter que eſt confeſſus· Si
igitur alias eſt confeſſus· iam eſt confeſſus· et impleuit formaꝫ
indulti vt non oporteat confeſſa iterum confiteri· Sed ſi qua per
petraſſet mortalia p⁹ vltimā ꝯfeſſioneꝫ rite factam· de illis opor
tet ꝯfiteri vt ad illa extendatur remiſſio pene debite pro illis. Et
ſi amiſiſſet loquelam ſed non vſum rationis· poſſet prouidere ſa
luti ſue per ſigna et nutus que equiualent confeſſioni et ad conſe
cutionem remiſſionis pene illorum· Sed ſi per nullum modū ꝑt in
timare talia peccata· valebit quidem ſibi ꝯtritio ſola· ſi eā habeat
ad remiſſionem culparum taliū· ſꝫ nō extenderet̄ remiſſio pene il
late vigore indulti· vt videtur· quia nunq̄ eſt ea ꝯfeſſus· Si autē
incurrerat amenciam vel freneſim poſt mortale commiſſum· de
quo nunq̄ habuit ꝯtritionem· cum nec ī ſtatu poſſit eam habere
nec ſaluatur nec in aliquo ſibi ſuffragatur· nec valet indulgentia
Verum quia ſciri non poteſt hoc· niſi permanſiſſet ad illud vlti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 2

mum in aliquo notorio crimine · vt in concubinatu² vſuca publi
ca et huiuſmodi · ꝑt ſacerdos facere qḋ in ſe eſt vt det ſibi talē ab
ſolutōem et plenam remiſſiōem Et idē dicendū ē de venialib⁹ hoc
ē ꝙ qꝛ nō ſūt de neceſſitate cōfitenda · ideo eis nō ꝯfeſſis nō ꝓpter
hoc tollit̄ valor indulgētie ſi mortalia ē ꝯfeſſus tūc ł alias et de ve
nialibus ſit ꝯtritus alias · Et ſi nō · ꝑ hoc nō īpedirer̄ a ſalute · qꝛ
venialia nō tollūt grām · nec effectum huius indulgentie · īpedire
tn̄ ad remiſſionē penarū debitarum ꝑ illis venialibus nō ꝯcederet̄
ex eo ꝙ pena nō remittit̄ remanēte culpa etiā in veniali · idē intel
ligendū ē de oib⁹ idulgentijs q̄ d ant̄ ꝑticularit̄ vel vniuerſalit̄ pe
nitētibus et ꝯfeſſis ſcilicet ꝙ oportet ꝯfiteri ſi qua ꝯmiſiſſet mor
talia poſt vltimam cōfeſſionem alias ſibi non valeret · venialia āt
nō oportet ꝯfiteri nec mortalia rite cōfeſſa · Verꝫ qꝛ ꝯfeſſio ſemp
eſt vtilis etiā iterata frequēt̄ et etiā de venialib⁹ · et venialia ꝯfite
ri alias ꝯfeſſa nō ꝑt nō iuuare · ꝑſertim cū ꝑ ꝯfeſſionē efficit̄ aliqn̄
quis de attrito cōtritus · ideo ſi quis vult ḡnaliter tunc cōfiteri · n̄
poteſt nec debet reprehendi ſ ꝯmendari · ſ hoc nō eſt neceſſariū ad
ꝯſequendum effectum indulgentie · Tercio q̄rit̄ q̄ ſit forma hu
ius abſolutionis vel remiſſionis plenarie · quod eſt diligenter in
ſpiciendum · quia ſicut forma eſt principium eſſēdi · ita et cognoſ
ſcendi · et ideo fienda eſt vna diſtinctio cōis et ſatis vulgata ſm̄
theologos et canoniſtas viꝫ · ꝙ duplex eſt clauis · vna ordinis et
alia iuriſdictionis · Dare aūt indulgentiam plenariam vel nō ple
nariam · nō ꝑtinet ad clauēm ordis ſ iuriſdictōis · qḋ patꝫ ex eo
quia clauibꝫ ordinis n̄ ꝑt vti niſi qui ē ſacerdos qḋ eſt abſoluere ī
ſacramento penitentie ſacramentaliter · ſ abſoluere in foro iudi
ciali ſeu dare indulgentiam ꝑtialem vel plenariam ꝑtinet ad cla
uem iuriſdictionis qḋ fieri ꝑt etiā ꝑ eū q̄ non ē ſacerdos · Nā lega
tus n̄ ſacerdos dat indulgentiā · et papa elect⁹ canonice etiā ſi n̄
ſit adhuc ſacerdos poteſt dare indulgentias · et ſic patet ꝙ non
pertinet ad clauem ordinis ſed iuriſdictionis dare indulgentias ·
Ad clauem enim ordinis pertinet habere poteſtatem ſuper cor
pus chriſti verum ad conficiendum · et ſuper corpus chriſti mi
ſticum ab adſoluendum a peccatis ſacramentaliter · Et abſolu
tio quidem a peccatis ſacramentaliter habet certā formam que
mutari non non poteſt quo ad formam ſubſtantialem · nec ea vti
poteſt ꝙ efficaciam hēat niſi ſacerdos · ſed abſolutio plenaria ſeu
conceſſio remiſſionis plenarie · non habet certam formā determina
tam et ideo variari ꝑt · Quinimmo apoſtolica forma v̓borū ꝑt ꝯn
cedi vtputa cū ꝯcedēs dixit · viſitās taleꝫ eccliam vel faciens talē
elemoſinam penitens et confeſſus habet plenariam indulgentiā
et intelligitur vt dictum eſt ſupra ꝙ tunc vel antea ſit confeſſ⁹

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 2

de neceſſario ↄ̄fitenda· Manifeſtū eſt enim talem q̄ui illa implet
ſtatim abſq; alia forma verborū alicuius abſolutōis conſequi effec
tū illius indulgentie niſi ſit obſtaculum incōtritio· Scdo notandū
eſt ꝙ illa debet eſſe forma v̇borum ī remiſſiōe plenaria ↄ̄cedenda
quā ↄ̄cedēs indulgēciā decreuit Nā in illa forma debet miſter mā
datū exequi· in qua eiꝰ ipator iniunxerit· Cū ergo in huiuſmodi ḡ
tijs cōmunit̄ talis ſit forma indulti· vt ↄ̄feſſor tali pſone in obedi
ēcia rōne ecc̄ie pſiſtēti et etiam plenā remiſſionē largiat̄ ſequit̄ ex
tali forma cōmiſſiōis ipatiua· talis debet eē forma executōis īdica
tiua· Ego auctoritate ſedis apoſtolice mihi ꝓnunc cōmiſſa· ↄ̄cedo
tibi plenariam remiſſionē peccatorū tuorum de q̄bus es ↄ̄tritꝰ et
ore ↄfeſſus· p̄ter ea que ex ↄ̄fidētia huius īdulti cōmiſiſti· Si adda
tur In noīe pris et filij et ſpūs ſācti ↄgruū erit· ſ3 non ē neceſſa
rium· Et q̄dam alij addunt· Et reſtituo te illi innocēcie in q̄ eras
qn̄ baptizatus fuiſti· ſupfluum videt̄ nō tn̄ viciat actum· Tercio
eſt notandum ꝙ ex commiſſiōe actualit̄ plenariam remiſſionē con
cedēs· nō oportet ꝙ neceſſario ſit ſacerdos niſi expſſe in ↄmiſſiōe
mandetur hoc· Non enim eſt ſeruus maior domino ſuo· ſ3 ↄcedens
plenariam indulgētiam poteſt non eē ſacerdos· ergo ex ↄſequēti
non oportet ꝙ ſit ſacerdos niſi hoc ↄtineat forma huius indulgen
tie· Sicut enī plena remiſſio p̄t dari cū forma et ſine forma· ita eti
am per miniſtrum et ſine miniſtro et p miſtrū ſacerdotē et nō ſac
dotē· n̄ in bulla dicatur expſſe ꝙ miſter huius ↄceſſionis ſit ſacer
dos· Si autem non dicatur in bulla n̄ ꝙ ſit ydoneus confeſſor· et
q̄uis in articulo mortis ↄſtitutus habens talem indulgētiam habē
re non poſſit ſacerdotē vel etiam clericū· ſatis videt̄ ꝙ laycꝰ in eo
caſu poſſit iudicari ydoneus ↄ̄feſſor· quia dictum ē talis ↄfeſſio
vel abſolutio non eſt ſacramental' que non poteſt fieri niſi ſacer
doti· Vnde et confitēs peccata ſua layco in tali caſu cum non habē
at copiam ſacerdotis laudabiliter quidē facit· ſ3 euadens tenet̄ ite
rū illa ſacerdoti ↄfiteri cū n̄ laycꝰ habeat clauem ordinis· tn̄ ſi confi
tetur layco neceſſaria confitenda vt mortalia commiſſa poſt vlti
mam confeſſionem valet quidem ſibi ad ↄſequendam talem in
dulgentiam Quarto eſt notandū ꝙ materia circa quam ē prin
cipaliter remiſſio plenaria et materia circa quam eſt remiſſio ſac̄
mentalis differunt quaſi ſicut culpa et pena· Nā poteſtas que eſt
clauis ordinis p̄cipue eſt circa culpā actualē· q̄uis etiam v̇tute cla
uium diminuat̄ et de pena debita tpali plus et minus ſm q̄titatē
contricionis et laboris et prius opere iniuncto ſatiſfactionis· S3
clauis iuriſdictionis eſt in huiuſmodi indulgentijs contra penam
tpalem debitam ꝓ culpa· Nā et ſi culpa dimittatur hoc eſt rōe con
tricōis et ↄ̄feſſionis priꝰ facte· Vnde et remiſſio ſacramentalis·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 2

ſcʒ culp atum mortaliū ſemp ē plenaria vel nulla cū oīa mortalia
ſūt cōnexa ad inuicē ex pte auerſi onis vt vnum nō poſſit remitti
ſine altero · Remiſſio aūt que fit p indulgentias pt eē et plena et
ptialis de aliqbꝫ annis ꝉ diebꝰ ſm formā indulti Quinto idem vi
detur dicendum ſi ſacerdos vel laycus cū nō habet ſacerdos cum
neſciat dicere formam que cōſueuit cōmuniter dici ex ignorātia ·
vel inaduertentia non illam dicit ſꝫ eqpollentiam · Puta do tibi il
lam indulgentiā q̄ continet in hoc tuo indulto · vel ſic · Dn̄s te ab
ſoluat a pena et culpa ſecūdū grām quā dicas tibi ↄceſſam a ſum
mo pōtifice · Nec ſequit ꝙ fruſtra i forma idulti ponit ꝙ valeat ſi
eligeret confeſſorem ydoneum ⁊c̄ · qꝛ hoc fit vt faciendo ſi poſt con
feſſionem ſacramentalem ſacerdoti de mortalibus nondum confeſ
ſis vel de illis et ſi iam confeſſis vel venialibus nō confeſſis confite
ri · efficacius tollatur obſtaculum ad conſequendū idulgentiam cū
per confeſſionem efficiatur q̄s aliqn̄ de atrito contritus ſm Tho ·
Nō valeat ſibi eligere ſacerdotem confeſſorem ſecularē ꝫ vel regu
larem ex ipſa forma patet · ꝙ debet eē ſacerdos q̄ det ſibi illā ple
nariam remiſſionem · Quarto q̄rit vtꝝ valeat dicta confeſſio
quo ad peccata oblita · et videt ꝙ non · qꝛ dat ex forma idulgentie
remiſſio plena peccatorum de quibus eſt ↄtritus et confeſſus · ſed
quorū ē oblitus non eſt confeſſus ergo de illis non dat · In ↄtrari
um vt credo eſt rei veritas cuius ratio eſt · Quia cū deꝰ non req̄
rat ab hoīe impoſſibile · ita videtur ſenciendum de papa qui eius
tenet vices i terris · cum et dicat regula · Nemo ad impoſſibile pt
obligari · de re · iu · li · vi · Impoſſibile eſt aūt ꝙ q̄s ↄfiteat i ptícu
lari illud qd non habet i memoria · niſi diceret mendacium quod
nullo modo eſt fiendū · xxij · q · ij · Cū humilitas · Sꝫ nec iſtud req̄
ritur ad hoc vt remittat oblita · ſꝫ ſufficit ꝙ ↄtrat et ↄfiteat hec in
genere cum ꝓpoſito ↄterendi et ↄfitendi i ſpecie · cum menti occur
rerent · Et per hoc remittitur ſi alias eſt bene diſpoſitus · Et ita vi
detur extimandum papam hoc intendere intelligi de indulto ſcili
cet de confeſſione eorum que mente occurrerunt · cum competenti
diſcuſſione et eorum que ſunt neceſſario confitenda vt mortalia ·
De oblitis autem ſufficiat confeſſio ſicut et contritio generalis · Ad
quod etiam facit a ſimili decretū · c · Omnis vtriuſqꝫ ſexus · de pe ·
et re · Nam ibi precipitur ꝙ quis omnia peccata ſua debeat ſaltem
ſemel i anno confiteri proprio ſacerdoti Et certū eſt ꝙ peccata ob
lita ſunt peccata · Non enim obliuio facit peccatum perpetratum
non eſſe peccatum · Et cum quis ea non ↄfitetur · qꝛ nō recorda
tur nō ergo oīa peccata ſua non confitetur i hoc ꝙ non ſeruat mā
datum nec peccat mortaliter qd eſſet abſurdum dicere i eo ꝙ nō
omnia confitetur quia non recordatur · Intelligenda ē ergo decre

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 2

talis illa de peccatis confitendis ſcȝ que memorie occurrerūt in p̄
ticulari · alia in generali · Et ſimiliter in propoſito quo ad conſecuti
onem plenarie remiſſionis ſufficit confeſſio de oblitis in genere ·
nec requirur in ſpecie quod eſt impoſſibile · Idem videtur dicen
dum cum in forma huius indulti continetur q̄ ſi habet alteri ſatiſ
facere ſeu reſtituere reſtituat intelligendū videtur ſi p̄t · Sic enī
gloſat Aug⁹ · illā regulam · Non dimittitur peccatū niſi reſtitua
tur ablatum · de re · iu · li · vi · ſi poteſt reſtitui vt ipſe aug⁹ expreſ
ſe dicit · vi · q · vi · Si res · Qui ergo abſtulit ab alijs per furtum ra
pinam · vſuram · fraudes et huiuſmodi certam ſummam pecunie
et penitus nil habet ad reſtituendum · vtiq̄ȝ talis habens talem in
dulgentiam nō priuabitur fructu eius · ſi contritus et confeſſus eſt
cum ꝓpoſito efficaci reſtituendi ſi poteſt · Sed ſi poteſt in totum vel
in partem · et non ſine magno incommodo ſuo · et nō facit · vtiq̄ȝ
non eam conſequitur · Quinto queritur vtrum letargicus vel
freneticus vel amens effectus · qui nondum elegit confeſſorem q̄
eum abſoluat · ſeu concedat ſibi dictam remiſſionem plenariā vi
gore talis indulti · valeat conſequi effectum talis indulgentie ·
Et videtur q̄ non · quia talis prius non eligit confeſſorem et eli
gere non valet cum non ſit compos rationis · ergo et cetera · Cir
ca hoc licet aliqua ſint ſupradicta · adhuc addentur et alia · Vtiq̄ȝ
dubium non habet q̄ ſi in ſana mente conſtitutus declarauit hoc
ſibi velle fieri · quando caſus contingeret mortis per quemcumq̄ȝ ·
q̄ extunc videtur elegiſſe · et ſic per ſacerdotē ſi eū habere poteſt
fiat talis abſolutio vel conceſſio remiſſionis · et valebit ei ad om
nia · niſi ad ea peccata que perpetraſſet pretextu huius indulgen
cie · quia hoc excluditur in forma illa Et idem quo ad peccata mor
talia que nunq̄ fuit confeſſus · de quibus recordabatur et contri
tus proponebat tempore ſuo confiteri · ſed preuentus vel caſu re
pentine vel improuiſe mortis vel amiſſione loquele vel freneſi ſu
peruenientie non valuit · Nam talis et ſi concedatur a ſacerdote ad
hoc vocato talis abſolutio vel plenaria remiſſio vigore talis indul
ti · valebit quidem ſibi indulgentia et contricio · ſed non quo ad ea
que nondum fuerat confeſſus · Videtur etiam quibuſdam q̄ et ſi
modo predicto expreſſe non elegerit vel declarauerit hoc tamen
intendebat q̄ iſta electio habitualis ei ſufficiat ad quandam indul
gentiam · modo tamen predicto · Quinimmo in abſentia ſacerdo
tis dicunt · q̄ etiam laycus eſt ydoneus ad concedendum talem re
miſſionem ex indulto huiuſmodi · Vtrum autem hoc ſit veruȝ · du
bitari poteſt · et rationes ad vtramq̄ȝ partem ſunt · nihil tamē no
cet q̄ fiat per laycum ſi haberi non p̄t ſacerdos · valeat q̄ntū valē
p̄t  Sexto q̄rit̄ vtrū q̄ adimplet ea q̄ ɔtinent̄ in forma idulgēcie ·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 2

et exequatur ea in peccato mortali etiam p̄ eum regnito cõſequat̄
effectum indulgentie. Verbigratia. In huius indulgencie forma
communi exprimitur ꝙ eroget paupibus certam quantitatē pe
cunie. et ꝙ ieiunet p annum ſi poteſt vna die p ebdomadam. ali
as non habeat eam. Vel ſi poſita ſit indulgencia ad certum locum
puta in viſitando aliquas eccleſias. vel indulgēcia iubilei habe
tur. ſi in mortali exiſtens ſumit iter ad vrbem. vtrum cõſequatur
indulgentiam. Et videtur ꝙ non. qꝛ ab omnibus doctoribꝰ tene
tur ꝙ eſt neceſſarium hoīem eē extra mortale peccatum ad hoc ꝙ
valeat conſequi fructū eius. ſꝫ talis ē in mortali igitur. ꝛc. Ad
hoc ſaluo meliori iudicio reſpondendū videt̄ p diſtinctionem.
Quia aliud eſt dicendū de eo tp̄e et loco quo cõcedit̄ indulgētia.
aliud de tēpore quo itur vel diſponitur ad indulgētiam. Nam de
tempore quo cõſecuturꝰ eſt indulgentiā vtiqꝫ oportet ꝙ ſit contri
tus et p cõſequens ſine mortali. alias non pdeſſet videlicet cū eſt
in articulo mortis qn̄ fit ei talis abſolutio l' cõceſſio. ſeu ꝙ eo tēpo
re quo viſitat eccleſiam vel eccleſias vbi poſita eſt indulgencia.
vt indulgentia iubilei. Sed tempore quo pergit ad vrbem vbi ſūt
tales eccleſie. vel tempore quo dat elemoſinas vel facit ieiuniuꝫ
p annum ſecundum formam indulgentiarum in articulo mortis
non videtur neceſſarium ꝙ illa faciat extra mortale. q̄uis vtiqꝫ
tucius et meliꝰ foret et vtilius etiam tunc eē ſine mortali. Sicut
etiam dicūt plures doctores vt Tho. in. iiij. ꝙ eas ſatiſfactiones
iniunctas a cõferente. que poſt expletionem earum relinquunt effe
ctum in ſatiſfaciente. in mortali peractas non oportet iterare vt
ieiunia elemoſine et peregrinationes qꝛ effectus ille remanēs va
let reuerſo ad gratiam.

DE indulgentia iubilei que eſt plenaria et videtur val
de et rationabiliter inſtituta ſeu conceſſa. tum quia ho
mines ſunt valde tepidi ad ſatiſfaciendum maximis de
bitis penarum quibus tenentur obnoxij propter in
numerabilia et grauia peccata commiſſa. vt ſaltem ſemel in vita
gratioſe recipiant tale ſuffragium ad ſoluendum tanta debita de
thezauro inexhauſtibili meritorum chriſti et ſanctorum. tum vt con
ſeruetur reuerentia et deuotio apoſtolice ſedis. que originata
eſt in vrbe. vbi talis indulgentia conceſſa eſt. cum pontifex roma
nus ſit in terris chriſti vicarius et petri ſucceſſor. tum ad confirmā
dam fidem catholicam et excitandum fauorem eius in mentibus
fidelium quam verbis et factis innumerabilium paſſionum et
miraculorum ſancti martires defenſarunt et corroborarunt max
ime in vrbe tunc domina mundi vbi et illoruꝫ corpora ſine nume
ro requieſcunt. Accedentes eniꝫ illuc deuote et viſitātes eccleſias

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 2

iquirunt et audiunt de locis martirorum et inde confortantur in
fide et animantur ad conſtantiam. Qn̄ habuerit inicium tal' indul
gentia iubilei nondum inueni. ſ Jo. an. et q̄dam alij doctores re
ferūt Bonifaciū octauū inſtituiſſe de cōſilio et cōſenſu cardinaliū
īdulgentiā plenariā. ſeu cōceſſiſſe de centenario ī centenarium ac
cedentibus ad vrbem. et viſitantibus certis diebꝰ quaſdam vrbis
eccleſias. ſcꝫ ſācti Johānis. lateraneñ. ſci petri et ſancti pauli et
ſancte marie maioris qđ videtur fuiſſe circa annos dn̄i. M.ccc.
Poſtea Clemens. et exinde Gregorius. conſiderantes paucos hō
mines attingere ad centeſimū annū. reduxerunt numeruꝫ centū
annorum ad numerum quinquageſimum l' quinq̄genariuꝫ ad quē
perueniunt qui inueteraſcūt in mūdo. Demū Nicolaus papa quī
tus qui nunc viuit et regnat anno domini. M.cccc.l. inchoante
in feſto natiuitatis domini fecit in miſſarum ſollennijs indulgenci
am iubilei publice inſinuari. per dictum totum annum ſcꝫ plena
riam remiſſionem conſequi penitentes et confeſſos qui dictas ec
cleſias ſemel in die viſitauerint p quindenam vltramontanas et
citramontanas. Romanas autem et vicinas ciuitates per menſē
Et per totum quinquageſimum annum manſit dicta indulgen
cia. Et ī ſua bulla patēti hoc exprimente recolit. quatenus prefa
ti ſummi pontifices modo declarato idem ſtatuerunt. Et ne quis
ſumat dubia pro certis. ſciendum eſt ꝙ in copia cuiuſdam bulle
que dicitur eſſe clementis. multa narrantur que non videntur eſ
ſe de ſtilo curie cum ſint leuia et exorbitantia ſatis. vnde licet a
ſcribantur clementi non videtur veriſimile illius nec alterius ſū
mi pontificis fuiſſe ſed ficticie inuenta. Et ſi etiam eſſent. Nicolaus
illa nō approbauit. poſſet abbreuiare dies talis viſitationis ſicut
aliquando fecit propter maximam perſonarum multitudinem il
luc concurrentium. Notandum eſt de iubileo ꝙ hoc nomen ſe
cundum interpretationem deriuatur a iobel. Jobel enim hebray
ce interpretatur latine inicium vł remiſſio. vnde iubileus inicias
vel remiſſiuus dicitur quia vt dicitur fiebant in eo remiſſiones.
ſecundum vero ethimologiam dicitur a iubilo iubilas quia ſig
nificat magnum gaudium et feſtum. Nam in tali anno erat mag
num gaudium et feſtum tempore antiqui patris abrahe. et eius
tempore inchoatus. et in veteri lege prefiguratus. et in tempoē
gratie pfectionatus. illud Geñ. xiiij. Et a ſummo pōtifice ad ple
nariam pene indulgētiam applicatus. Quātū ad primū refert ma
giſter in hiſtoria ſcolaſtica. ꝙ hebrei credunt iubileum habuiſſe ī
icium qn̄ abraham loth nepotē ſuum qui ductus erat captiuꝰ a q̄
tuor regibus qui debellauerant quinqꝫ reges ſcilicet regē ſodomo
rum vbi habitabat loth quem cum ſuis a captiuitate liberauit.
Quia quando fuit remiſſa captiuitas eius tunc dicitur loth fuiſſe

quinquaginta annorum· vel ipſe abraham in quinquageſi
mo anno erat· quando dominus ei locutus fuerat quando e
greſſus eſt de aram· vel quia abraham peritus aſtrorum no
uerat· quare is intemperies que ſinitur ex eleuatis vel depreſ
ſis planetis vſqꝫ ad quinquaginta annos· ad temperiem re
ducatur· quod fieri vidit in aſtris id voluit imitari in terris
vt quinquageſimus annus diceretur iubileus· Quantū ad
ſecundum mandauit deus in lege Leuitici· xxv· vt poſt· vij·
ebdomadas annorum annus ſequens qui erat quinqꝫgeſim⁹
annus diceretur iubileus· In quo anno fiebat remiſſio mul
tiplicater· Nam remittebatur terra a cultura quia non pote
rant colere ſerere et huiuſmoi· remittebatur ſeruitus homi
num quia tunc ſui ſerui efficiebantur liberi· remittebantur
debita et poſſeſſiones vendite reuertebantur ad priores poſ
ſeſſores· ſimiliter et plura fiebant alia ad gaudium· Sed vt
dicit apoſtolus· i· corin· x· Hec omnia in figura cōtingebant
illis· facta ſunt autem propter nos· Quantum ad tercium
hoc perfectionem habuit et fuit impletum quando quinqua
geſima die a criſti reſurrectione fuit lex gratie et amoris da
ta diſcipulis criſti in monte ſyon· deſcendente ſpiritu ſancto
ſuper illos in ſpecie ignis· vnde et tunc canit eccleſia· Patra
ta ſunt hec miſtice paſce peracto tempore ſacro dieruꝫ nume
ro quo lege fit remiſſio· Reſurgens criſtus et apparens eis
dixerat Johannis· viceſimo Accipite ſpiritum ſanctum quo
rum remiſeritis peccata· et cetera· Sed ipſa quinquageſi
ma die copioſius receperunt gratiam qua remiſſa eſt eis om
nis iniquitas quo ad culpam et penam· per hanc reuertitur
homo ad poſſeſſionem antiquam deperditam vite eterne·
Prius autem mortali carne indutus dixerat petro primo
ſummo pontifici quantum ad parcendum peccatori· Non
dico tibi ſepcies ſed vſqꝫ ſeptuagies ſepties· Mathei decimo
octauo· Quod multipliciter exponitur· Et alias expoſitio
nes obmittendo· ſeptuagintaſeptem generationes numerā
tur a luca· a criſto vſqꝫ ad adam primum hominum patrem
quaſi dicat· Si omnia peccata quis haberet que commiſſa ſūt
ab omnibus hoībus qui fuerunt· omnia dimittent ita tn̄ vt
ibi dꝫ ſi fuerit cōuerſus et penituerit· Venia em̄ nō dat niſi
correcto· de re· iuris· li· vi· et in vnitate eccleſie exiſtenti·

Vnde et flamma ignis viciorum et demum infernalis egrediens
de fornace babilonica cubitis quadraginta nouem incendit quos
reperit de chaldeis miniſtros regis diaboli· quia non venerat ad
quinquageſimum annum remiſſionis· vnitas enim deficiebat·
Eos autem qui in ea erant quia in vnitate erant non tetigit ig
nis. Daniel· iij· Sed benedicebant deum ſecum habentes ſimilem
filio dei Quantum ad quartum quia ſolus papa habet plenitu
dinem poteſtatis quo ad iuriſdictionem a quo deriuatur vt a fo
te omnis iuriſdictio ſpiritualis in prelatos alios et ſacerdotes·
xxiiij· q. i. Loquitur· Et conferre indulgentias pertinet ad forum iu
riſdictionale eccleſiaſticum vt dictum eſt ſupra· Ideo dare indul
gentiam plenariam ſpectat ſolum ad papam· qui habet claues
thezauri eccleſie ſcilicet meritorum ſatiſfactionalium criſti et ſancto
rum· Et nota quod cum in ſimbolo fidei vnus ex articulis ſit ſanctam
eccleſiam catholicam ſanctorum communionem peccatorum remiſ
ſionem in quo comprehenduntur effectus gratie· remiſſio peccato
rum per ſacramenta· et effectus gratie qui eſt communicatio me
ritorum et bonorum operum que eſt per caritatem· Cum relaxatio
pene que fit per indulgentias innitatur meritis eccleſie· et precipue
paſſionis criſti ſi pertinaciter tenetur quod indulgentie non valeant
ad remiſſionem pene habitis debitis circumſtantijs vel quod papa
non poſſit concedere plenariam indulgentiam eſt hereticum cum
ſit contra articulum fidei et contra determinationem vniuerſalis
eccleſie·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 2